



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

126. An matrimonium Infidelium, cùm ambo baptizantur, fiat
Sacramentum, eisque gratiam conferat? Ex p. 3. tr. 4. res. 252. aliàs 253.
p. 407.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

Hurtad. de matrim. disp. 8. diff. 14. num. 52. Ponc. lib. 9. cap. 4. num. 10. Perez disp. 36. f. 8. num. 2. & alij. Et ratio est: quia dissolutio matrimonij fieri non potest, nisi ex diuina concessione: at nullibi inuenitur concessum, Professi one Religionis dirimi matrimonium consummatum infidelium: nam, esto, matrimonio contracto, dirimatur, id prouenit, ne coniux conuersus cogatur, vel coelibem degere, vel habitare cum infidei obstinato, & periculum peruerisionis inducente, reddaturque ei conuersio onerosa. Quæ ratio omnino cessat Religione assumpta, cum iam ipse liberè assumptam vitam coelibem. Non igitur ex priuilegio concessio dirimenti matrimonium, alio matrimonio assumpto, inferri potest dirimenti Religionis Professione. Neque item censenda est hæc dissolutio concessa ex concessione matrimonij rati fidelium: tum, quia est casus diuersus: tum, quia non militat eadem ratio, alias sicut potest fidelis, non obstante matrimonio rato, ad Religionem transire, poterit etiam infidelis conuersus post matrimonium consummatum, tametsi aliud concertatur, quod merito ipsius Sanchez disp. 76. num. 3. & 7. negat. Ad argumentum vero, quod adducit Sanchez respondebat regulam illam: *S i v i n o v i n c e n t e m à f o r t i o r i v i n c a m i e*, non semper habere locum in his, que constant ex iure positivo, nisi quando eadem ratio in utroque militat, & quando utrumque ex eodem iure constat in praesenti autem casu, neque currit eadem ratio, neque utraque dissolutio sit ex eodem iure: quia dissolutio matrimonij antiqui iam consummati conuersa sit iure diuino Christi per matrimonium nouum ratum; dissolutio vero matrimonij rati per Professionem, sit tantum iure Ecclesiastico.

Sup. hoc in ref. not. præterita etiam in fine.

3. Notandum est etiam cum Hurtado loco citato, quod esti aliqui Doctores non insigne nore censeant, Ordine sacro assumpto vinculum matrimonij in infidelitate contractum dissolvi: at communis sententia oppositorum verissime firmat, vt videre est apud Sanch. lib. 7. disp. 76, circa fin. quia nullibi inuenitur hoc priuilegium statui clericali concessum, maximè cum matrimonium ratum fidelium eo statu assumpto non dissolviatur: ergo, &c.

4. Sed, si aliquis hic obiter querat, an matrimonium infidelium ad fidem conuersorum, etiam consummatum, possit à Pontifice dissolvi ex aliqua iusta causa? Affirmat Sanchez lib. 2. disp. 17. num. 2. & alij: quia matrimonium infidelium, etiam consummatum, cum Sacramentum non sit, non habet eandem firmitatem, ac matrimonium ratum fideli, vt colligitur ex cap. fin. 28. quæst. 1. Et ex Innocentio III. cap. Quanto de dissort. vbi inquit, matrimonium fidelium insolubile esse, quia est Sacramentum. Cum ergo infidelium matrimonium Sacramentum non sit, non sic erit insolubile: at matrimonium, fidelium ratum solui potest autoritate Pontificis, iuxta probabilem opinionem: ergo etiam solui potest matrimonium infidelium, etiam consummatum.

5. Contraria tamen sententiam tenet Coninch disput. 26. dub. 5. num. 66. Ponc. lib. 6. cap. 4. n. 15. & alij: quia matrimonium solui non potest, nisi in casibus à iure expressis, vt inquit Panormitanus in cap. Ex parte, de conuersione coniugat. verf. Nos autem. At nullibi est expressum, matrimonium consummatum fidelium solui posse: illud autem matrimonium, eti. in infidelitate fuerit contractum, iam est matrimonium fidelium, & consummatum: nulla ergo via solui potest. Neque obest, quod Sacramentum non sit: nam, esto, id admittamus, quod plures negant post viriusque conuersionem; non inde efficitur, solubile esse, cum nullus iam adsit casus, in

quo à Christo solutio concedatur: conceditur autem prædicto matrimonij casu, quo coniux unus ad fidem conuertatur alio tenuente conuerti, in quo à matrimonio, quod est Sacramentum, dissolvit. Ego puto utramque sententiam esse probabilem, licet secundam existimem probabiliorem.

RESOL. CXXVI.

An matrimonium infidelium, cum ambo baptizantur, fiat Sacramentum, eisque gratiam conferat? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 252. alias 233.

§. 1. Prima opinio affirmat solam Baptismi susceptionem sine novo consensu, officere matrimonium infidelium verum Sacramentum. Et ita docet Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 9. num. 5. qui statim ac baptizantur, matrimonium illud representant unionem Christi cum Ecclesia, cum in Christi fide contractum perseueret, officiaturque in dissolubile, saltem ut matrimonium ratum fidelium. Ergo statim ac baptizantur, officiatur Sacramentum. Sed hæc Sanchez sententia mihi displaceat, quia si hoc sufficeret, sequeretur fideles consummantes matrimonium, confidere nouum Sacramentum, & matrimonium, quia quod prius poterat p̄ dispensationem Pontificis, & ingressum Religionis solui, & tantum representant unionem Christi cum Ecclesia per gratiam, efficient insolubile, & representans unionem Christi per Incarnationem, ut habetur cap. debitum 5. de bigamis, sed hoc dicere est absurdum. Ergo.

2. Secunda opinio docet, quod tunc primum matrimonium infidelium rationem Sacramenti asseritur, cum post Baptismum, vel noui consensu mutui exprimitur, vel præcedentes per aliqua externa signa: & probabile est non esse opus, ut Sacerdos, vel testes præsentes sint, sed vt dixi, sat est primum matrimonium de novo signis externis ratum habere iuxta Ecclesiæ intentionem; verum est: quod si infideles coniuges baptizentur, nolint tamen de novo in Christo contrahere, vel ratum habere præteritum coniugium secundum Ecclesiæ intentionem ad recipiendum istud Sacramentum, non videntur damnandi mortalis, sed absque Sacramento vii possunt pristino, & ita docet Rebellius part. 2. lib. 2. quæst. 7. n. 2. Bellarminus lib. 1. de matrim. cap. 5. & cap. 15. & alij.

3. Sed mihi tercia opinio magis placet, quæ asserit matrimonium contractum inter infideles, non posse fieri verum Sacramentum, etiam postea baptizentur. Et ita docent Basilicus Pontius de matr. lib. 1. cap. 9. n. 8. Gabriel Vasquez tom. 2. in 3. part. disp. 13. 8. cap. 5. & tom. 4. disp. 2. de matrim. cap. 10. Aegidius Coninch de Sacram. disp. 24. dub. 2. concl. 6. num. 25. Et ratio est, quia matrimonium est essentia contractus inter baptizatos initus, qui hinc nullo modo potest, nam neque contractus præteritus fuit initus inter baptizatos, & iam nullo modo in se existit, neque tales possunt de novo matrimonium contrahere, quia sibi non possunt mutuò corpora tradere; nemo enim potest alteri tradere, quod non est suum, & quia neuter iam habet potestatem proprij corporis, ut docet Apostolus 1. Cor. 7. ergo non possunt ea sibi mutuò tradere. Fatoe tamen cum Coninch ubi supra num. 28. credibile esse Deum talibus maiores dare gratias præuenientes ad ferenda incommoda matrimonij, quam dat infidelibus, non ob Sacramentum matrimonij, sed quia fideles sunt, quibus ratione fidei, ac Baptismi diuina gratia magis debita, & vbiique parata est.

RESOL.

Sup. hoc Sacramento lat. in Ref. 252. & in alio §. eius not.

RESOL. CXXVII.

*An excommunicatis contrahentes matrimonium peccant
dupliciter ex eo , quod non solum Sacramentum re-
cipiant in excommunicatione, sed etiam ex eo , quod
conferant, cum iuxta communem sententiam contra-
hentes sint Ministri huins Sacramenti ? Ex part. 5.
tract. 9. Ref. 85.*

§. I. **A**d hunc casum ita Respondeat Prepositus
in 3. part. quæs. 2. de excomm. dub. 8. n. 51.
Ex dictis videat sequi; quod contrahentes mat-
rimonium in excommunicatione non solum peccent
mortaliter, sed quod sacramentum recipiant in ex-
communicatione, sed etiam ex eo quod conferant,
cum iuxta communem sententiam contrahentes sint
Ministri huius Sacramenti, non videatur tamen im-
probabile, quod ex eo capite non peccent contra
cenfuran, quis si bene perpendatur Canones, qui-
bus veratur excommunicatus ministrale Sacrauen-
ta, solius agunt de Clerico. Ita ille, & ego.

RESOL. CXXVIII.

*An, qui matrimonium contrahit cum excommunicato,
peccat mortaliter?
Et quid, si denunciatus sit, aut notorius Clerici percus-
for? Ex part. 3. tr. 4 Ref. 267. alias 268.*

S. 1. **P**rima opinio affirmat, & ita docet Petr. de
Ledeclina de mairim. quas. 59. art. 1. §. pen.
Viguerius lib. inf. cap. 16. §. 7. verb. 8. impedim. 1. &
saltrem peccare non explicando culpe qualitatem, do-
ct. D. Thomas in 4. dist. 19. quas. unica. art. 5. ad 5.
Toleitus lib. 7. cap. 7. num. 1.

2. Secunda opinio distinguit, & illam docet
Bassilius Pontius de marim. lib. 6. cap. 10. num. 3; vbi
sic ait. Petere ab alio excommunicato siue denuncia-
to, siue non denunciato, vt contrahat, dum ille ab-
solui ab excommunicatione non potest, quia non
habeat copiam absoluientis, vt si sit excommunicatio
reservata a iure, vel ab homine, peccatum mortale
est, quia petitur ab eo actus, quem non potest fa-
cere bene, sed necessario male. At si potest absolvi,
quia copiam habet, nec peccar, qui contrahit cum
excommunicato, siue denunciato, siue lecus, quia
petit ab illo actum, quem posset bene facere, & sine
peccato, & sua culpa facit male; vnde duo peccata
erunt in eo, qui contrahit cum excommunicato ex-
communicatione maiori; quando absolvitur non potest
ab ea excommunicatione, antequam contrahat,
& quia ipse communicatur in Sacramentis cum illo,
& quia inducit illum ad indignum ministrandum, &
recipendum, imo tria peccata committit, est enim
causa duorum peccatorum in proximo. Ita Pontius.

3. Tertia opinio, quam ego sequor, absolute negat ullam esse culpam contrahere scienter cum excommunicatione maiori ligato, nisi denunciatus fit, aut notorius clerici percursor. Et ita docet Gutierrez de marim. cap. 83. num. 7. & ante illum Sanchez tom. 2. lib. 7. disp. 11. num. 8. ex favore Concilij Constantiniensis, & ex aliis rationibus, quas videbis apud Sanchez, nam ego breuiari studeo.

RESOL. CXXIX.

An contrahere cum impedimento dirimente sit duplex

peccatum? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 296, alias 297.

5. 1. **A**firmatiuam sententiam docent vii gra-
uisissimi; & cum magna probabilitate,
at Petros Ledelina de mariv. 29. sec. art. 1. diff. 1. paf.
concl. 2. quia ultra culpa transgressionis ius na-
turalis, ac Ecclesiastici, secundum quod est impedi-
mentum, reperitur sacramentum irritatio Saca-
menti matrimonij.

2. Verum mihi contraria sententia placeat, quia
catera Sacraenta habent iure diuino praevictum
materiam; & formam certam, ac determinata. &
solam Sacramenti rationem habeant, ac prouide
materia, & forma non possunt adhiberi, quia sine ex
se materia, ac forma Sacraenta, quare si frumentatus
vls, ita ut Sacramentum irritetur, est falsius.
At matrimonium ultra Sacraenta rationem et con-
tractus quidam naturalis, nec haber precipitam
teriam & formam determinata, sed contentus con-
trahentium legitimis verbis, notibus, aut litteris,
aut per procuratores expressos. Vnde Ecclesia, aut
iure naturali irritante confessus inter alios, qui
matrimonio copulantur, non ipsi iurato sacramen-
tum efficiunt. Quantum enim ex sua parte cl. valde
de contrahunt, sed ius Ecclesiastico naturale flu-
tuens id impedimentum, illud irritare fac omnia
Sanchez tom.2. lib.7. diff.5. nro. 1. & populi Fel-
liuci tom.1. tractat. 10 part. 1. cap. 1. secunda.

RESOL. CXXX

Quot peccata committat, qui sciens contra eum matrimonium cum impedimento dirimenter?
Ei an impedimenta matrimonij addam nunc patiem, etiam in copula fornicaria, diffundit expelendam in confessione? Ex parte 10. tractat. 16. & libell. Ref. 82.

S. I. **C**Als est practicabilis, & duo committuntur
peccata docet Cominch de Sacram. dicit. **S**ep. in
dub. 2. num. 19. & nominatum contra me Pace Aver-
la de Sacram. maritimonij. quæst. g. f. q. quia in talis ca-
si præter peccatum inobedientia contumis naturale
le aut Ecclesiasticum, quo impidimentum fuerit in-
troductionum, etiam reperitur peccatum sacrilegi inti-
mationis Sacramenti contra Religionem. Itaque fi-
deles qui sciunt, matrimoniū apud nos eleuant
esse ad statum Sacramenti, & sciunt le cum impe-
dimento diuinitate reddere nullum, & iuritum Sacra-
mentum, videntur ex hac etiam parte delinquenti. Et
haec irritatio revera cadit, non solum fuit ratione
contraetus, sed concionanter etiam super rationem
Sacramenti. Et lex quidem irritans late ab Eccle-
sia: fed vi in facto ita contrahatur matrimonium,
quod fit nullum, & irratum, prouent, & fit ab ipsi
contrahentibus, qui cum tali impedimento, & con-
tra talem legem contrahere tentant.

2. Verum plus addit dictissimum Pater Mat-
non de Sacrament. tom. 5. disp. 63. seqq. 5. num. 9. vii
sic ait: Dico secundum, peccatum contra quia facie-
ter, & sponte contrahunt cum talibus in peccan-
tis, habent communiter triplicem malitiam. Viam
inobedientiae contra legitimum praeceptum Dei
vel Ecclesiae prohibent grauius contrahere cum
illis, alteram sacrelegij; contra Religionem & re-
tentiam debitam Sacramento, quod sua collatio
reddunt: tertiam contra castitatem, ordinando (ve-
faciunt communiter) talem contractum ad haben-
dam copulam praetextu veri matrimonij. Dixa autem,
communiter; quia postrema intentio potest al-
quando